

nostris interius et dominis capellanis exterius [tradidit, ut] servitium solemne secundum domus nostrae consuetudinem et anniversarium similiter solemne in una dierum, quae nobis inter diem beati Nicolai confessoris et nativitatem Christi magis visa fuerit congruere, singulis annis facere et peragere debeamus pro anima, quam nos latere voluit, matronae memoratae. *Sie versprechen für sich und ihre Nachkommen servitium et anniversarium tam pro nostro solatio quam dictae dilectae animae salute perpetuis temporibus cum vigilis et missis feierlich zu halten.* Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono in die assumptionis gloriosae dei genetricis et virginis Mariae.

Nach Frenckels Collectaneen in Ursinus diplomat. s. Crucis p. 268. Vgl. No. 400.

6

No. 433. 1383. 21. Nov.

Der Probst und der Convent bekennen durch Abgabenlast gedrängt Zinsen zu Daubnitz an den Domdechant Nik. von Aldenburg zu Abhaltung zweier Jahrgedächtnisse in ihrem Kloster verkauft zu haben. Vgl. oben No. 222 u. 372.

Johannes de Birmicz praepositus, Sophia de Nassaw abbatissa, . . priorissa totusque conventus monasterii sanctimonialium sanctae Crucis prope Misnam ordinis sancti Benedicti tenore praesencium recognoscimus et publice profitemur, quod cum nos et nostrum monasterium ex diversis et variis oppressionibus exactionibus talliis angariis et perangariis nobis et nostro monasterio crebrius impositis expetitis et extortis tanto et tali fuisset et essemus debitorum onere praegravati, quod absque bonorum alienatione ab huiusmodi debitorum sarcina eripi et liberari, ac aliter dicti monasterii nostri statum congrue reformare non possemus quovis modo, volentes tamen et eligentes potius pro nostri monasterii personis quam pro extraneis alienationem facere aliqualem, bona et matura deliberatione super eo per nos praehabita, de unanimi et concordii capituli et omnium nostrorum voluntate pariter et assensu, accedente nihilominus ad hoc expresso beneplacito et consensu immediati superioris et gubernatoris nostri, videlicet reverendi in Cristo patris ac domini domini Nicolai episcopi Misnensis huiusmodi factum nostrum ordinaria sua auctoritate auctorizantis et approbantis, iusto emptionis et venditionis titulo interveniente rite et rationabiliter vendidimus venerabili viro domino Nicolao de Aldenburg decano ecclesiae Misnensis unam sexagenam annui census in villa Dubenicz, quam sexagenam sive censum videlicet Martinus Tref rusticus de uno manso quem nunc possidet et singuli sui in eodem manso successores singulis annis in festis beatorum Walpurgis et Michaelis perpetue solvere tenebuntur, pro duodecim sexagenis latorum Friburgensium grossorum nobis iam integre — persolutis et in solutionem dictorum debitorum et alias in evidentem dicti nostri monasterii utilitatem per nos conversis, sub modis tamen et ordinationibus infra scriptis: primo videlicet quod domina abbatissa — in anniversario quondam Johannis patris et Gerdrudis matris, parentum praefati domini Nicolai decani in nostro monasterio singulis annis perpetuis temporibus in die beatae Gerdrudis virginis cum maioribus vigiliis et missa defunctorum peragendo, de praefato censu mediam sexagenam ministrare tenebitur et debeat in hunc modum, videlicet custrici, ut in vigiliis et in missa pannum prosternat et quatuor candelas accendat tres grossos et inter legentes missas pro defunctis eo die duos grossos proportionabiliter dividendos, cantanti missam pro defunctis quatuor hellenses, praeposito et capellanis sacerdotibus pro tempore in commemoratione ultima praesentibus simul duos grossos, custrici tantum quantum uni moniali scolas intranti, ut melius pulset, et residuum de praedicta media sexagena, quantumcumque fuerit vel remanserit, pro pitancia et refectione sororum in communi refectorio in esculentis et potulentis eodem die iuxta nostri praedicti monasterii consuetudinem expendatur. In anniversario quoque praedicti domini Nicolai decani, postquam domino iubente de hac luce migraverit, similiter in nostro monasterio